

iudex Marinus Nauclerius

29

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

iudex Marinus Nauclerius

29

1467-06-05

† In nomine domini nostri Iesu Christi amen.
Anno a nativitate eiusdem millesimo quadringentesimo
sexagesimoseptimo. Regnante... Ferdinando Dei gratia
rege Sicilie, Ierusalem et Hungarie, dictorum... regnorum
suorum anno ××× die quinto mensis Iunii, quintedecime
indictionis, Neapoli.

Nos Marinus Nauclerius de Agerulo, habitator Neapolis
ad contractus iudex, Nicolaus de Terrysio de civitate
Neapolis, puplicus ubilibet per totum regnum Sicilie
reginali auctoritate notarius et testes subscripti...
declaramus... quod constitutis Nicola(o) filio quondam
Antonelli de Cazullo de Mathera, fratre carnale Ianne
(sic!) de Cazullo,... et Iohanne Cazullo de Mathera,
fratre... prefati Nicolai... Prefatus Nicolaus... asseruit...
quod ipse considerans affectionem sanguinis ipsius
Iohannis fratris sui ac grandia et accepta servitia sibi
per eumdem Iohannem... prestita et impensa et que
prestare non desinit de bono in melius et ex aliis iustis
et rationabilibus causis mentem suam moventibus... id
circho,... donavit... uncias quindecim... consequendas...
per ipsum Iohannem in et super omnibus... bonis
ipsius Nicolai... ipsasque... dictus Nicolaus promisit
dicto Iohanni... aut in pecunia numerata aut in bonis
mobilibus vel stabilibus dicti pretii dictarum unciarum
quindecim,... appretiatis per comunes appretiatores;... et
cum pacto quod ipse Nicolaus teneatur et debeat... se
curaturum et facturum... ita quod faciendo posse suum
non excusetur quod Antonella Vassalla de Malbino de
Malbino de Matera, uxor ipsius Nicolai, ad omnem
requisitionem ipsius Iohannis heredum et successorum
suorum presentem donationem... acceptare et confirmare
et omologare per puplicum documentum et nihilominus

renunciat omnibus iuribus sibi competentibus tam ratione dotium, quarte et antefati et omni alio iuri in et super dictis unciis quindecim... //

Quod scripsi ego... prefatus Nicolaus... notarius... † Ego Marinus Nauclerius de Agerulo habitator Neapoli, qui supra iudex ad contractus subscripsi † Ego notarius Nardus Russus de Neapoli testis subscripsi † Ego clericus Iohannes Vacca de Neapoli testis subscripsi † Ego clericus Antonellus Persicus de Neapoli testis subscripsi